BOSTON
PUBLIC
LIBRARY

* Q
* 405,16

Shelf No.
7777.86

FOUNDED 1852
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
BOSTON PUBLIC LIBRARY

Heliotype Printing Co.

## Candidus de genitura hominis incipit feliciter.


Quomodo generatur homo.
Qualiter concipit mulier.
Signa conceptionis in muliere.
Quomodo formatur fetus in matrice.
De retentione menſtruorum.
Ad iuuandum mulierem vt concipiat.
De impedientibus conceptionem.
De cura earum que conceperunt.
De virtute lapidis ⁊hites.
Quod melicratum conceptum indicet.
Signa vtrum maſculum conceperit an femellam.
Signa iterum conceptionis maſculi vel femelle.
Qꝛ etiam mulier pregnans emittit in coitu menſtruum.
Qꝛ mulieres pregnantes magis appetunt coitum.
Qua de cauſa virgines grauiter corrumpuntur.
De vrinis mulierum ⁊ earum ſignificatione.
Quid ſit menſtruum in muliere: ⁊ quando incipiat.
Quare nō fluūt ſpermata viris quēadmodū mulierib⁹ mēſtrua.
Quid ſit ſperma: ⁊ qualiter generatur.
De eiuſdem differentia.
De quatuor digeſtionibus.
De ſuffocatione matricis.
Qua vita viuere dicatur embrio in matris vtero.
Unde veniat nutrimentum puero in matrice exiſtenti.
De debilitatione fetuum.
De tempore natluitatis hominis.
De accidentibus in egreſſu.
Quare plures generentur vno partu ad ſimilitudinem anima-
lium imperfectorum.
Quod ex eadem materia animalia plura naſcuntur.
De colore hominis ſcđm varias complexiones.




Dr. T. Romeyn Beck
from O. Rich
London Oct. 18. 1

Quid ſit monſtrum: ꝛ cauſa generationis eiuſdem.
De faſtinatione ꝛ qualiter accidat.
Q ex capillis mulieris generetur ſerpens ſcdm Auicennam.
Q non ſit dare diluuium vniuerſale ſcdm Ariſtotelem.
Qualiter homo formatus ex corpore ꝛ anima ſumit ab aſtris accidentia ad vtrinq.
De influentia omnium planetarum in generatione fetus.
De lune influentia. ꝛ quare natus in ſeptimo menſe viuat moriatur in octauo.
De ſtatu lune quadripartito: ꝛ q eius diſpoſitio in oppoſitione ſit deterior.
De virtute planetarum generaliter ꝛ influentia earum ad vtrinq.

## Candidus de genitura hominis incipit feliciter.

Satis conſtat hominem generari ex ſemine viri et mēſtruo mulieris: ſecundum phiſicos. Ariſtoteles autem putat ſemen viri: quod ſperma dicimus: ad formam ſpeciei fetum producere: deinde per vaporem exalare. Phiſici vero totum ſemen viri et mulieris vna cedere in ſubſtantiam fetus exiſtimant.

Notiſſimum eſt mulierem cum in coitu cum viro ſit: ſi ſimul menſtrum emittat quo vir ſperma: et vtraq ſemina ſimul concurrant: vnumq alteri miſceri incipiat: ſtatim concipere. id eſt autem cum ſemina in matrice ad fetum generandū a natura producuntur.

Signa vero conceptionis in muliere certiſſima habentur: cum vir in coitu cū ipſa ſit: ſi mulier poſt coitum frigus ſentiat: aut in renibus dolorem. preterea ſi modicum aut nullum emittit ſemen aut ſi vir ſentiat ſugi virgam ꝛ attrahi clauſura ꝛ veluti preſſura quadam ex parte vulue: vel ſi iuxta ſolitum menſtrua non currant ei: ꝛ citilatio in ore matricis ineſt. dolor etiam in cruribus id oſtendit. vel ſi eodem modo non concupiſcat coitū. hoc autē

in aliq̄bus verū· in aliq̄bus ꝟo non· Aut ſi color faciei imutatus eſt: ⁊ aliena ſubito cupiat cibaria: ſemē in matrice receptū formā fetus hoc mō ꝯglutinat· Sex quidē primis diebus naturā lactis aſſimilat: ⁊ ad hoc naturalis calor viri in ſpermate relictus cum matricis calore operatur· dealbatur deinde illa materia ⁊ colorē ſpiſſi ſanguinis ⁊ aliquantulum decocti per nouem dies trāſmutatur· demum fit conſolidatio in membro fetus ⁊ hoc per duodecim dies tantum· conſtat tamen apud aliquos cor in primis generari· Uerum quia omne quod viuit ex quatuor elementis ali augeriqꝫ dicitur: quicquid ſemini terrenum ineſt cedit in oſſibus· reliqua viciſſim ex propria natura vires aſſumunt· dehinc fetus ⁊ corporis ipſius depoſitio in latum longumqꝫ ac profundum formari incipit· per quadraginta dies poſtea ad egreſſum vſqꝫ natum pariat ac diſponit·

¶ Ut mulier concipiat· ⁊ quod amplius eſt maſculum pariat: experimento probatum eſt· Id autem nec refellere audemus aut probare: niſi quatenus doctoruʒ libris explicatur· quibus ſiquis fidem deroget: nihil hac deſcriptione opus eſt· quippe qui aliorꝫ dictis innitar: non autem meo iure faciam ſententiam· Matricē leporinam ⁊ eius inteſtina exiccata vehementer ⁊ in puluerē redacta· deinde cum vino mulieri in potum propinata ad hoc conferre plurimum conſtat· Preterea ſi teſticulum vnum leporinum itidem pulueriʒatum ⁊ vino ūnixtum mulieri in fine monſtruorum propinaueris: deinde cum viro coeat: expertum eſt eam concipere ⁊ maſculuʒ parere· Simile veri ⁊ illud eſt ſi epar parui ſuis ⁊ tenelli teſticuli quos tantūmodo ſcropha enixa ſit deſiccentur vt ſupra· ⁊ in potum viro aut mulieri propinentur: virum ſi impotens ſit ſtatim generare: mulierem ſi ſterilis ſit facit concipere· lanam etiam immundam ſi mulier lacte aſine cōtingat· deinde ſupra vmbilicum deligatum teneat donec cū viro coeat ad id conferre maximum arbitrantur·

¶ Sepenumero multa occurrunt: que huiuſmodi experimētis fidē derogēt· id aūt nō ex eoꝝ impotētia ſʒ nature defectu ꝓuenit·

Jmpedimenta xvo conceptionis plurifariã veniũt· ex frigiditate etenĩ nimia matricis: vel caliditate: aut humiditate nimia: etiã ex ſiccitate plerũq; ꝯtingit· Pinguedo quoq; excellẽs ad id nocet que orificio matricis circũfuſa ipam ꝯſtringit: ꝓhibetq; ſemẽ ingredi qđ ſubinde cũ vrina eiecit· hoc quidẽ in ipa de facili cõprehendit̃· Si enĩ ſpiſſior ⁊ alterius iuxta ſolitũ coloris fuerit aliqñ etiã ex caliditate nimia exalat· Semen hoc aũt difficilius eſt cognitu· mulieribus ſiquidem ꝙ̃plurimis ita lubrice ⁊ tenues matrices ſunt vt retinere ſemen nequeant: ſed ſtatim imiſſum effluat· Ex parte plerunq; viri defectus accidit: cum ſemen ita liquidum ac tenue vt aqua ſit: ac ſtatim ingreſſum elabatur· Prouenit etiam ex frigiditate ⁊ ſiccitate teſticulorum· ⁊ homines huiuſmodi raro vel nunꝙ̃ poſſunt generare· Retentis autem ſeminibus matrix mulieris ab vtraq; parte firmiter clauditur vt nil de ſemine poſſit emitti: ⁊ tũc fit retentio menſtruoꝝ: quod pregnãtis femine vulgatiſſimum eſt indicium·

Cura autem adhiberi conſueuit ad ipſas que conceperint: ne aut aborſum pariant: aut aliquid ex fetu minuatur· Femine igit̃ pregnanti motus nimius vitetur· Cibariis ⁊ potibus lenib⁹ vtatur: omniaq; ad appetitum miniſtrent· cauto tamen opus eſt vt cum illam pregnantem noueris nihil cõſpectu eius nomines ad qđ voluntas incendat̃ ſua ne de facili reperiri queat: quia ex huiuſmodi cupiditate plereq; iam aborſum parturierunt· Uerũ qđ maiori admiratiõe dignum eſt ⁊ ipſi vidimus ac plerunq; expertiſſimum· lapis ⁊ hites pregnanti mulieri poſitus aborſum prohibet· partus diſcrimina auertit· ⁊ feminam cum fetu preſtat incolumẽ· Et ne quis rem cõmentitiam putet: plurime in Mediolanenſi vrbe eius ope liberate ſunt: cum lapidem ipſum a nobis habuiſſent· Reperitur quippe in nidis aquilarum· in perſide tamen plurim⁹ ⁊ colore fuluo eſt· alios lapillos naturaliter intrinſecus cohibens: vt ex motu facillime ſentitur· hunc Marcatius auus meus vir phiſice peritus vt puerum me vidiſſe memini

In germanoꝝ alpibus adeptus eſt:ſumma induſtria nidos aquilarum inſectatus·

¶ Expertum eſt melicratum conceptum pꝛopalare · Id autē ita conficitur·Coclear vnum mellis fluxibilis ⁊ tria aque tepide ſimul mixta:mulieri cum lectum intrat in potu data·ſi circa vmbilicum doloꝛem ſentit:concepiſſe eam ſcito·

¶ Utrum quidem maſculum conceperit:an femellam·annotatū eſt etiā ſi facies rubida·motus leuis·venter teres in dextera maxime turgeſcens·lac quoq; ex mamillis ſpiſſum ac digeſtū fuerit vt ſupꝛa vitrum ſcindatur ac fluat·aut vꝛine infuſum ipſius ima petit·nec liqueſcit ſal mamillarum capiti appoſitum·vel vt quidam augurantur pꝛius dextrum pedem moueat ꝙ̄ ſiniſtruʒ· hec maſculi concepti veriſſima habentur ſigna·Econtra vero·ſi grauis eſt ⁊ tarda·ſolito pallidioꝛ· oblongo ⁊ enoꝛmi vētre·ſiniſtra turgidioꝛ·mamilla quoq; eadem parte pꝛocliuis. lac quidem indigeſtum liuidum ⁊ aqueū·doloꝛ etiam in ſiniſtro latere magis vꝛgens:cum maſculo concepto in dextero patiatur· femellam cōceptam eſſe credito·

¶ Amplius ſi femina maſculum conceperit an femellam : aqua de puro ⁊ liquido fonte experimento fuerit·gutta etenī ſanguīs aut lactis eius ex dextro ſumpta latere ⁊ aque ſuperfuſa. Si maſculo turget ad ima deuoluitur · ſi femella ſupernatat ⁊ ſumma· petit·Licet vt pꝛediximus mulier pꝛegnans menſtrua cōtineat· veruntā cum in coitu cum viro ſit:plerunq; ex nimia delectatiōe emittat ipſa·quippe cum vene ac nerui in vulua exiſtentes a virili membꝛo confricentur ⁊ exinde quedaʒ titilatio oꝛiatur vt neceſſe ſit menſtruum emittere·hoc autem reſpectu coitus naturale eſt·reſpectu vero fluxus naturalis violentū ⁊ ceterum ex omni nutrimento quod ſumptū eſt materia fit apta que in coitu expelli queat·exinde ꝙ notatū eſt mulieres pꝛegnantes magis coitum appetere cum oppoſitum eſſe debeat· cauſa autē eſt materie

ſuperflue abundãtia que ab alimentis ducitur. ⁊ cum menſtrua dietim augeantur: magis etiam coitus appetitur: ac ex hmõi materie abundantia continuo mulieris vulua caleſcit.

¶ Virgines grauiter corrumpi ⁊ cum dolore ob id creditur: ꝙ ipſarum vulua in coitu maxime ampliari ſoleat. Vel quia virile membrum nimis ineptum ſit. vel quia adeo magna ⁊ ampla earꝝ plerũqꝫ vulua ſit: vt abſqꝫ dolore ex ſui parte virili membro coire nequeat. ⁊ ob idipſum cum prius corrumpuntur virgines dolorẽ in prima parte vulue patiuntur ꝙ amplietur ipſa ⁊ ad coitũ magis diſponatur. Amplius cauſa doloris ineſt pellicula quedam inter vuluam iuxta quam veſicam interiecta cum in coitu rumpatᷣ. verꝝ quanto magis coiunt minus quidem doloris ſentiunt. plurimum vero voluptatis accipiunt.

¶ Urine virginum plerunqꝫ lucide ⁊ clare ſunt: quandoqꝫ albe aut congelate. Si autem coloris aurei clare ⁊ ponderoſe fuerint: animum coeundi in ipſis indicant. ſed hec in virgine certa ſunt. Corrupte etenim mulieres vrinas turbidas ⁊ obſcuras habent: ob fracturam pellicule: de qua dictum eſt. Menſtruata ꝟo vrina ſanguinea eſt. ⁊ que patitur oculos nimis nitidos ⁊ aquoſos habet decolorata facie abominationem pre ſe ferens. Hanc tu Nicolae mi ſi videris velut ydram aut ſpingem aut potius meduſam gorgoneam effugito.

¶ Menſtruum in muliere quid ſit: ⁊ vnde accidat plerũqꝫ queſitum eſt. Id autem nil aliud opinantur phiſici ꝙꝫ ſuperflui alimẽti fore quod in rei alende ſubſtantiã non cedat. ſicut etiam in viris ſpermata. menſtruũ inde appellatũ opinanᷣ: ꝙ ſingulo menſe ſemel ad minus fluat. Incipitqꝫ pubeſcente muliere cũ annorꝫ quatuor ⁊ decẽ fuerit: ⁊ iã coitũ ſentire vel cupere incipiat. Quibuſdã vero mulieribus etiã tempeſtiuis accidere cõſueuit. ⁊ hoc qdem ſm deſiderij potentiã vel nature. Et aliquibus in nouilunio fluit menſtruũ: aliqbus ꝟo aliter. patiunturqꝫ in hoc grauiter: ita vt earꝫ facies decoloreᷣ: ⁊ oculi ſolitũ nitorẽ amittãt. non nullis etiam diutius: quibuſdam vero breuius fluunt menſtrua.

plurimūq; ſanguinei ſunt coloris:raro liuidi· Scire operepretium
eſt:⁊ queritur quid cauſe ſit cur viris ſpermata nō fluūt : mulieri/
bus aūt menſtrua emittantur:cum vtriuſq; cā ſit ſuperfluū·ſ·ali/
mēti qđ in rei alende ſubſtantiā nō cedat· nulla tamē potior ris
eſt:q̄ꝫ ꝙ mulier frigide ⁊ humide nature habetur·vir autem calide
⁊ ſicce· Modo autē de natura humidi ⁊ maxime aquei eſt efflue/
re· In viro quidē humidū magis purum ⁊ aereū ⁊ illa inepta ra/
tio:quia calor in humidum ſemper agit ex natura ⁊ minor calor
eſt in muliere· Ideoq; humidū nutritiuū diſpartite tm̄· reliquuꝫ
ꝟo eijcit ⁊ effundit·Sperma vt predictū eſt ſuperfluū eſt alimēti
qđ in tertia qdem digeſtione:vt inferius explicabimus:nō totū
cedit in deperditū per reſtaurationē vite animantis· Verꝫ a calo
re naturali ſanguinis ſubtilis in formā ad genitalia vaſa tranſ/
mittitur:vbi teſticuloꝝ virtute dealbatur ac digeritur : ⁊ ideo coloris
albicantis eſt· Id emiſſum rationabiliter:ac natura exigēte pur
gat ⁊ alleuiat·nimis aūt corpus deſiccat:cū virtus ſua humecta
tiua ⁊ calefactiua ſit·Corpore aūt exſiccato ⁊ humido extīcto de/
bilitatio vite ſequitur:⁊ ſubinde imatura mors· exquo frequētius
coeuntes cito pereūt ac ſeneſcūt· Preterea ab Ariſt·ſcriptū extat
mul[illegible]longius viuere q̄ꝫ equum ⁊ aſinū a quibus eſt genitus·
Sperma viri durꝫ ⁊ teſticuloꝝ virtute bn̄ decoctū qđ adheret vt
patet:⁊ ſicut lac albū firmiter coagulatū:⁊ fortē ⁊ robuſtū fetuꝫ
generat· Aliud tenue aut fluxibile imaturum facit fetum ac na/
ture tenuis ac fragilis procreat·

¶ Annotatione dignū eſt qđ a phiſicis perhibetur : quatuor fieri
digeſtiōes·Primā in ore·Secundā in ſtomacho·Tertiā ī epate
Quartā in ſingulis alendis ⁊ augmentandis membris· Ubi ꝟo
nōnulli contradicūt vltimā perfectāq; in corde ſtatuentes pro/
pterea hoi natura dentes addidit:vt diligentius cibos cōterat·
Ceteris aūt animalibus quibus dētes ⁊ in ſuperiori mandibula
defecerāt binos ventres indidit·vnum in quem cibum ponant·
alterū in quem ruminatum vltimo deglutiant· Cibus igitur cum
ab homine diligenter maſticatus et ore quodammodo decoctus

fuerit in ſtomacho·deinceps propria expoliatur forma alienãqꝫ aſſumit·quippe quod groſſum eſt a ſubtili ſeparatur: ⁊ quod dulce ⁊ potabile fuerit ad epar tranſmittitur quod calore ſuo ſubtilis illud conuertit ⁊ induitur actione quadam propria ⁊ naturali forma ſanguinis ⁊ ſubinde temperatum a quolibet membro nutriendo ⁊ augmentando ſugitur: iuxtaqꝫ eoꝝ exigentiam reſtaurantur·reliquum autem quod ſupereſt ad vaſa genitalia tranſmittitur: vt ſuperius expreſſimus·huiuſmodi quidẽ neceſſitas ex qua fames fit ⁊ in ſingulis membris inanitio prouenit ex calore generatur: qui in humidum dietim agens id exalat ⁊ conſumit·

¶ Suffocatio matricis eſt compreſſio ſpiritualium ex vitio matricis egreſſa. Impeditur enim anhelitus: ſpiritus opprimitur· In muliere ſiquidẽ iſtud accidit cũ matrix e loco tollitur: exindeqꝫ ſincopim ex cordis frigiditate prepeditur·plurimum id quoqꝫ ex menſtrui ſuperabundãtia prouenit quod corruptum ac venenoſum matricem inficit· huiuſmodi autẽ mulieribus ſiue iuuenes ſiue antique ſint coitus competit: maxime autem iuuenibus que humiditate plus abundãt·hinc eſt ꝙ mulieres iuuenes coire incipientes ante conceptionem multum impinguantur: ⁊ in quibus huiuſmodi materia abundat extinctu nature coire magis appetunt· Ideo peccatum in natura eſt talibus aditũ ad illos quos affectant prohibere: licet minime peccatũ ſit in moribus· Ariſtoteles in libro de anima poſuit embrionẽ in matris vtero primũ viuere vita plante·deinde vita animalis·poſtremo vita hui⁹ ſpeciei vel illius· Dubium vnde puero nutrimentum accidat in matrice exiſtenti: cum mulieris matrix vndiqꝫ clauſa ſit·ceterum deprehenſum eſt cum fetus in vtero conceptus ſit virtute nature quandam imprimis oriri venam·vel vt quidam putant: neruum qui matricem perforat eiqꝫ adiungitur ad mamillas vſqꝫ protenſum ⁊ annexum· itaqꝫ fetu in matrice exiſtente mamille rigidiores effici ſolent: ad eaſqꝫ menſtrui ſubſtantia diffunditur· Ibidemqꝫ ad albedinem vſqꝫ decoquitur: ⁊ ſubinde mulierũ lac ap

pellatur·quod deinceps per venam aut neruū huiuſmōi ad ma/
tricem remittitur:ex eoqꝫ nutritur fetus·hic poſtea in eius exitu
abſcindi ſolet:cuius pars vmbilico iuncta eſt · reliquum in ma/
trice dependet·

¶Satis conſtat fetum debilitari in vtero cum mulieres pꝛegnā
tes recentes natos lactant.Ea etenī materia qua nutrici in vte
ro fetus debet in nutrimentum cedit pꝛius geniti·

¶Tempus autem egreſſus infantis ab vtero materno vt pluri/
mum eſt in nono menſe·quibuſdam in ſeptimo accidit· nonnul/
lis in octauo·plurimis in decimo·paucis in vndecimo·nec vltra
retineri ſolet·Sunt que in ſecundo menſe pariunt : ſed aboꝛſum
non enim hominem pꝛoducunt:ſed ſolidam quandā carnis par
tem:ꝛ hoc pꝛopter debilitatem aut plurimum motum mulieris
interdum euenit· magna cura opus eſt in greſſu : cum plurima
de facili eueniant que egreſſum pꝛohibeant fetus necant·Quan
doqꝫ enim fetus pedem pꝛemittit aut manum : ꝛ tunc obſtitrici/
bus doctis opus eſt que retrudant illud ꝛ adiuuent·ꝛ ex talibus
ingens pueris vere generatur doloꝛ vt ſepe moꝛiantur · Euenit
etiam in partu plerunqꝫ ſcindi vuluam vſqꝫ ad anum vt vngen/
to opus ſit circa eam ac retrudi matricem cōueniat que ſepe vul/
neretur·Signa vero pꝛoſperi greſſus habentur : cum infans ca/
put e vulua pꝛemiſerit·Depꝛehenſum eſt a phiſicis ꝛ ſubinde lit/
teris teſtatū plures in mulieris matrice cellulas exiſtere in quis
plerunqꝫ deciſum a viro ſic colligi ſolet:vt in vnaquaqꝫ pars ſe/
minis retēta ſit ex quo plures fetus gigni vno partu cōſtat·que
ſimilitudo etiam in animalibus imperfectis poteſt accipi·in ho/
rū quidē genitura aliquid matricis loco et aliqd ſeminis ſimile
eſſe debet ex qua generari cōſueuere· id autem talis humiditas
que p loca educatiōis de putrefacto ea gignat ꝛ multiplicare fa/
cto ea gignat:ꝛ multiplicare faciat· Cām aūt ſimilitudinis hoꝝ
aīalium a ſimilitudine de coꝛpe educti fieri crediderunt · Quod
aūt ex his nōnulla ſtricta ꝛ longa ſint : nōnulla vero bꝛeuia aut

alterius modi hoc eſt ex diuerſitate humiditatis quidē euenit. Ex colerico enim calido ⁊ ſicco animal longum ⁊ ſtrictum generatur: ꝙ calor multum extenditur in ipſo. Ex flegmatico aūt frigido ⁊ humido aīal latum ⁊ breue: eo ꝙ humor aqueus multum dilatabilis ſit frigidum nō ſatis extendit ipſum. Ex ſanguineo vero ⁊ humido generatur medium inter vtrunqꝫ: propter quod humidum ⁊ calidum temperata ſint. Ex melancolico accidētali quod aduſtum eſt: animal longum valde ⁊ gracile cōcipitur: quod feruor caloris in eo plus ſe extendat ac ſiccitas moderata attenuat Itaqꝫ ex eadem materia animalia plura naſci ꝯſtat: ſicut ex equi ſtercore plures muſce ⁊ his ſimilia gigni ſolent. Aliquando vero ex eadem materia animalia diuerſe ſpeciei diuerſiqꝫ coloris aut figure multiformis. Cauſa autem diuerſitatis iſtorꝫ diuiſio eſt in matrice ſeminis. ſed hoc principaliter in animalibus imperfectis locum tenet. Obſeruatum eſt hominem colericum crocei coloris eſſe. Sanguineum rubei. Flegmaticum albi. Melancolicuꝫ vero nigri.

¶ Monſtrum accidit vel ex diminutione materie: vel ex ſupabūdātia. cum natura ad ea q̄ principaliora ſunt primū intendat: ex materie defectu membrorꝫ defectum ſequi neceſſe eſt. Defectus autem materie vel ex paucitate ſeminis: vel matricis lubrice vitio totum infuſum non cōtinentis poteſt accidere. Etiam ex velocitate coeundi plerunqꝫ defectus ſequitur. Ex abundantia vero materie etiam monſtrum gignit̄: vt homo bina capita vel quaternas manus habens.

¶ Non vana habentur a peritis que de faſcinatione dici ſolent. Inde Maro nr̄: Neſcio qs teneros oculos mihi faſcinat agnos. ſed cauſam potius naturalem eſſe putant. Mulieres ſiquidē antique qbus menſtrua more ſolito non fluūt obtutu perimant pueros. menſtruorꝫ eniꝫ immateria cū per vniuerſum corpus effundatur: oculos qui ſubtiliores ſunt primum inficit: qui deinde ex poroſitate ſua aerem deturpant. quo infecto ⁊ puer q viſui obiectus eſt ex aere ⁊ anhelitu menſtruato polluit̄ ⁊ occidit̄. Retētio

aũt menſtruoꝝ in talibus eſt caloris defectus· ex menſtrui enim abundantia humores mali ⁊ corrupti generant̃·

¶ Traditũ eſt ab Auicenna phiſico illuſtri ex capillis mulieris ſerpentẽ gigni ſi ſub terra pingui vbi fim⁹ iaceat hyemali tpe ponant̃·poſtea calore inualeſcẽte vere vel eſtate effodiant̃·qui ſerpens lõgus ⁊ ſtrictus valde ſibi ſimilẽ deinceps viuendo generabit· Idem voluit diluuiũ vniuerſale fieri poſſe· Ariſtoteles vero ſecus cenſuit·Diluuium enim cum ex conſtellatione humectante fieri ſoleat:eandem vnam terraꝝ partem reſpicere neceſſe eſt· cui ex aduerſo conſtellatio deſiccans obiecta ſit·⁊ quantum vna ex parte prima humectet tanto deſiccet altera:exquo impoſſibile habetur diluuium vniuerſale fieri poſſe·

¶ Quia homo ſicut ens naturale ex materia ⁊ forma compoſitus eſt:tripliciter accidentia notantur in eo· quedam ſcꝫ ex parte anime·⁊ quedã ex parte corpis·nõnulla ꝯo ex parte compoſiti totius·aĩa certe oẽs virtutes quas in corpore amplectitur a ſperis ⁊ corporibus celeſtibus cõtrahit · Ab vltimo quidem orbe q motu ſuo diuturno oẽs ſperas inferiores mouet virtutẽ eſſendi recipit ab orbe ſtellaꝝ fixarum eſſe.a ſaturni ſpera virtutem ratiocinandi ac diſcernendi a ſpera iouis magnanimitatem ⁊ plures operationes hmõi·a ſpera martis animoſitatis virtutem·a venere concupiſcentie ⁊ deſiderij motũ·a ſole aũt virtutem ſciendi ⁊ memorandi·a mercurio gaudendi ⁊ delectandi·a ſpera lune virtutem vegetandi:que radix dicit̃ virtutis naturalis·⁊ hec quãtum ex parte anime relata ſint·

¶ Nunc ex parte corpis virtutes planetaꝝ exponere ordiemur· materia igit̃ in mr̃is vtero infuſa ⁊ coagulata ꝑ ſiccitatẽ frigiditatẽqꝫ ſaturni primũ diſponit̃·⁊ huic virtutẽ vegetatiuã ⁊ naturalẽ motum imprimit·Quamobrẽ ſaturno primi mẽſis cura adhiberi ſolet· Dehinc iouis virtute materiam ipſam ad ſuſceptionem forme membrorum diſpoſuit caliditate ſua confert plurimũ ⁊ humiditate replet· Et huic ſecundi menſis cura aſſcribit̃· Subinde Mars caliditate ſua ac ſiccitate in fetu crura format a

lateribus ea diuidens·brachia ſeparat·collum diſpartit·⁊ caput
effigiat·⁊ huic datur mēſis tertius· Solis autem virtus formas
imprimit cor creat ⁊ anime ſenſibilis motus preſtat:ſm quorun/
dam opinionem phiſicorum·Ariſtoteli vero placet cor inter pri/
mas generari partes·Addunt etiā nonnulli ſolem vitalis virtu
tis fontem ⁊ radicem eſſe·Uenus deinceps exteriorum membro/
rum limitationes virtute ſua perficit·⁊ expolitos·aures ſcꝫ ⁊ na/
res·maſculis virilem virgam·vuluam femellis·pedum etiam ac
manuum ſeparationem facit ⁊ digitorum·⁊ quedam non exterio
ra ſubinde format·Et huius tutele quintus aſſignatur menſis·
Mercurialis ſpere virtus inſtrumēta vocis efformat· ſupercilia
componit·oculos fabricat·pupillas adauget·capillos ⁊ vngulas
producit·⁊ huic ſexti menſis cura attribuitur· Perfectioni autē
⁊ complemento totius fetus ſeptimo menſe luna finem imponit
replet·n·humiditate ſua ſuperficiem complet·Uenus quidem et
mercurius humiditatē tribuentes toti corpi nutrimentū preſtāt
Ac tunc quidem ſi fetus oritur perfectus eſt ⁊ viuet· Octauo vo
menſe per circuitum redeunte ſaturno fetum orientem frigidita
te ac ſiccitate ſua comprimit ⁊ extinguit · quatuor ſtatus lune:
varietate perhibent phiſici·

¶ In prima ſiquidē eius aſcēſione calidā eſſe ⁊ humidā vſqꝫ ad
ſemiplenā:tūc aūt calidā ⁊ ſiccā fieri vſqꝫ ꝙ eſt plena· deiñ frigi
dā ⁊ ſiccā donec ſemiplena ſit in detrimēto·Ultimo quidē humi
dā ⁊ frigidā vſqꝫ ſoli ꝯiungat̄ effici·⁊ ideo magis ꝯriaꝫ cēſent na
ture hoīs que ex calido humidoqꝫ fouet̄ cū eius diſpoſitio frigi/
da ⁊ ſicca ſit in oppoſitiōe vt dictū eſt a nobis·licet nōnulli huic
opinioni plerūqꝫ aduerſent̄· quid planetaꝝ virtus his conferre
ſoleat que a natura ad vitam ac ortū producunt̄ tam ex parte q/
dem aīe ꝙꝫ corpis ſuperioribus ſcriptis explicatū eſt · Nunc que
ipſoꝝ influentia ad vtrunqꝫ virtus ſit breuiter dicemus·

¶ Saturnus ſuperior planeta tardus ⁊ obſcurus·natum in colo
re fuſcum reddit·male barbatum · Subtile pectus ⁊ fiſſuras in
veſtigijs poſtremis oſtendentem · Et hoc quidem ex parte

corporis eius virtus operatur: ſcd̃m animã quidem perfidũ maligunum ſubdolum· fetida ac turpia nimis diligentem ꝛ in pluribus venerem minime affectantẽ efficiet: omneſqꝫ operatiões prauas tam ex corporis parte q̃ꝫ anime in illo figet ac imprimet·

¶ Juppiter regale ſidus: lucidum ac temperatum ſaturno contrarios effectus habet · faciem ſiquidem nati pulchram reddit· oculos claros· rotundam barbam· ꝛ ſignanter duos ſuperiores dentes reliquis maiuſculos· colorem in vultu bonum imprimit: album ſcilicet rubore permixtum· capillos longiores· Scd̃m animã natũ bonũ efficit modeſtũ legis ꝛ honeſtatis amatorem· veſtes ornatas et delectabiles ſermones ac odores affectantes. poſtremo liberalem mundũ miſericordem ꝛ iocundum gignit·

¶ Mars vero cum ſit in caliditate ꝛ ſiccitate intemperatus· natum quidem ex parte corporis rubei coloris cum quadam obſcuritate et vſtione conficit: ſicut in his qui a ſole peruſti ſunt: plerïqꝫ cernimus capillos raros· oculos paruos· ꝛ totum corp⁹ curuum licet groſſum reddit· Scd̃m animam fallacem inconſtantẽ inuerecundum iraſcibilem proditorem diſcordias ꝛ bella ſeminantem ꝛ ſuperbum efficiet·

¶ Sol ſtella regia mundi lumen ꝛ oculus quem Cicero ſiderum omnium ac planetarum regem ac principem ſcribit· natum carnoſum reddit· faciem pulchram· oculos magnos· ꝛ colorem albũ cum quadam citrinitate imprimit· bene barbatum· capillos longiores· Scd̃m vero animam hypocritum· facie iuſtum· exterius hominem in ſententiam attrahentem· Alij dicunt ꝙ regalem· religioſum· profunde ſcientie· ac diuinationis reddit ſpeculatiuũ· ſapientem· dominatorem· iocundum· vlterius bonos diligentez· opprimentem malos.

¶ Venus ſtella beniuola natum pulchrum efficit · oculis mari

me decorum·carnoſum mediocriter ⁊ medie ſtature · Scd̃m ani/
mam quidem blandum gignit·ſuauiter loquentem·ſtudentem·
in ornatu corporis voluptatem gaudium muſicalia ⁊ coreas affe
ctantem·

¶ Mercurius vero qui ſolem ſequitur: ⁊ eius radijs ſemper at/
trahitur: natum gracili corpore: ⁊ perſone ſatis preſtat·barbe itẽ
pulchre rareq·Scd̃m animam autem ſapientem·ſubtilem· philo
ſophiam ⁊ ſtudium affectãtem·boni motus ⁊ perfecti ſermonis·
⁊ qui multos amicos ſibi paret: licet non fortunetur in ipſis·bo/
ni conſilij preterea et verum reddit·perfidie et infidelitatis im/
munem·

¶ Luna planetarum vltima cum velocis motus ſit: natum vaga/
bundam facit·nullius forme ſeruitij·iocunda facie· ſtatura medi
ocri·oculis inequalibus·vnum altero maiorem perferentem·

¶ Angelus Typhernas colendo patri·D·Petro de Aigionibus
nobili Januenſi ac·S·Gregorij digniſſimo abbati Salutem·
Cõmentariorum quorundam Germanici impreſſores opera fa/
ſtiditi: iocundum opuſculum percunctati ſunt· Nos igitur vari/
arum rerum annotationes ſcitu quidem pulcherrimas propoſui
mus: tibiq patri ſtudioſiſſimo aſſcripſimus·nihil amplius vide
ri cupientes q̃ opuſculum eſſe Candidi· noſtra vero diligentia
⁊ illorum induſtria impreſſum· Tu enle ⁊ dum legeris ignoſcas
extere nationi ⁊ errata caſtigato·

¶ Finis·

See Pellechet 3195
This copy corresponds pretty nearly to the edition printed at
Rome by Johann Besicken, as described by Hain, n° 16.
Angeleti ascribes the work to Pier Candido Decembrio, the
historian, but Tiraboschi denies that it is his.

## CANDIDUS, Petrus. De genitura hominis. Undated.

Sr C82 Pell. 3195 ~~Hain 4316~~; B.M.C., part IV, p. 100.

Printed with gothic type, in quarto. It has eight leaves, the last blank; there are 33 lines to a page. The size of a leaf is 187 × 120 mm., and the text measures 145 × 92 mm. Marginal notes in old hand.

This little treatise was written with considerable medical knowledge; it does not, however, pretend to be a scientific discourse, but merely a popular essay with the purpose of imparting useful information to laymen. In its short space, it is fairly comprehensive: it contains no less than thirty sub-titles.

The authorship is uncertain. Tiraboschi in his "Storia della letteratura Italiana" warns us that the writer cannot be identical with Petrus Candidus (Pier Candido Decembrio), the fifteenth-century Milanese historian and statesman. Filippo Argelati, earlier, assigned the treatise to this historian, who was a most prolific writer and who left behind over an hundred manuscripts, most of which have never been printed.

Bought in July, 1858.